



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Cap. VIII. Iesus mittitur à Pilato ad Herodem, ibiq[ue] accusatur, spernitur,
ac veste alba illuditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICAN-
TIO.

perpeffus fit? Et tamen nos mife-
ri vix verbulum, Dei amore ferre
valeamus; fed fi quid nobis ad-
verfi inferatur à proximis, mox
erumpimus in querelas & mur-
murationes, totumque annum
iram atque odium nostro gesta-
mus in pectore, nosipfos per iræ
infaniam miserè devaftantes: nec
attendimus, quòd Dominus ma-
jeflatis quotidie tantam à nobis
contumeliam, infidelitatem, &
injuriam fuffinet, dum facra il-
lius mandata toties contemni-
mus, ejus obfifimus voluntati,
ipfius gratiam negligimus & in
vacuum recipimus, atque indies
eum denuò crucifigimus, irride-
mus, vulneribus diris confici-
mus, facrumque illius effundi-
mus cruorem. Neque enim exe-
cranda & odibilia veremur pec-
cata admittere, propter quæ Chri-
ftus ita perpeffus eft. Et quidem
ipfe benigniffimus Iefus femper
peccatis noftris ignofcere, eaque
oblivifci, & nos in gratiam reci-
pere paratus eft, fi modò toto cor-
de à peccatis averfi ad ipfū còver-
timur: paratus, inquam, eft inter-
ceffor & advocatus noster effe ap-
ud Patrem, ac feipfum totum
cum omni paffione fua illi offer-
re pro delictis ac negligentis no-
ftris. At nos inflati vix injurio-
lam remittere, aut eos, qui nos
offenderunt, placidis oculis in-
fpicere poffumus. Ah! pudeat
nos noftri, & poft hac Dominum
Iefum diligentius imitemur.

Quam
culpabi-
lis fit in
nobis im-
patientia
intruen-
dibus ma-
fuetudi-
nem Chri-
fti in to-
ta paffio-
ne.

CAPUT VIII.

*Iefus mittitur à Pilato ad Hero-
dem; ibique accufatur, fperni-
tur, ac vefte alba illuditur.*

1. Pilatus mittit Chriftum ad Herodem. Trifto
fpectaculum, vidiiffe Chriftum in via tam crudeli-
ter à Iudæis affictum.

2. Hinc diftat anima feipfam abnegare, vò
Chrifto fponfo conformetur.

3. Herodu fuperba curiofitas à Chrifto fuffra-
ta: Iudæorum tumultuofa accufationes; filen-
tium Chrifti.

4. Vbiq; Chriftus contumelias pertulit, nulli-
bi confolationem accepit. Vefte alba tamquam
fatuus induitur.

5. Miferanda proceffo Chrifti, hinc inde eum
tanta ignominia raptati.

6. Iefum, qui hac patitur, Deum fimul & ho-
minem confidera, ut profundius humilietur. Con-
tra nimium ornatum veftium.

POSTEA quàm Pilatus falfas
omnes & iniquas Iudæorum
accufationes audierat, videratq;
nullam eos mortis caufam in Ie-
fum conferre poffe, ut cognovit
illum Galilæum effe, mittit eum
ligatum ad Herodem, qui tunc
Galilææ dominabatur. O quan-
ta cum ignominia & crudelita-
te impij Iudæi Dominum maje-
ftatis, cui omnis debetur honor
& gloria, per civitatem in con-
fpectu omniū deduxerunt: quan-
doquidem civitas illa plena erat
populo: unde & magna haud du-
biè hominum concursio facta eft,
Chriftum videre cupientium. Ira-
que factus eft Dominus majefla-
tis fpectaculum Deo & homini-
bus. Quidam eum habuere irri-
fui, & multis injuriis atque mo-
leftiis affectere: alij currentes poft
ipfum, probra & contumelias in
eum congelfere. O quantopere

1.
Mittitur
Domino
à Pilato
ad Hero-
dem.
Luc. 23.

O maffu
fpectacu-
lum, vi-
diiffe Chri-
ftum in
via à Iu-
dæis bar-
barè ve-
xatum.

cum

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICA-
TIO.

cum dulcissimo Iesu festinave-
runt, de uno ad alium iudicem
eum pertrahentes! O quam om-
nia illius membra ægra erant, &
malè affecta ex lassitudine, &
multiplici afflictione, quam nocte
illa sustinuerat! Quàm pedes ejus
attriti & læsi erant ex plateis la-
pideis, cum & inclementes illi
immodicè properarent, & Do-
minus nudis pedibus incederet!

2.
Abnega-
te ipsum,
ni Christo
conforme
erit quasi
sponsa
sponsi.

Disce hinc, ô anima mea, ex
sponso tuo abnegare te ipsam. Si
enim grata illius sponsa, fidelis-
que imitatrix esse cupis, ita te
omni voluntate propria & ele-
ctione oportet esse destitutam, ac
si numquam, quid sit Velle, per-
spectum habuisses: patiariisque te
mitti ab uno ad alium, ultrò ci-
troque, ad summum, ad infimum,
foras & intrò; sisque semper spon-
te obediens & subdita, quantum-
libet id tuo sit sensui vel iudicio
aut sensualitati adversum atque
contrarium: sicuti & Christus ul-
trò se ad omnes istos immanes
cruciatus tenerrimæ ipsius com-
plexioni usque aded molestos
tradidit, atque à iudice ad iudi-
cem, à pœna in pœnam se trahi li-
bentissimè passus est. Numquam
interea faciem contraxit in ru-
gas, aut aspersionem, nec os
querelis ullis aut murmuri pate-
fecit. Non attendit piissimus Do-
minus, quæ probra, quas cruces,
quas injurias pateretur: sed factus
est humiliter obediens Patri suo
usque ad mortem, patienterque
se totum submisit omnibus dolo-

Philip. 2

ribus, pœnis & cruciamentis quæ
illi inferebantur.

Sic ergo crudeles illi Iesum ad
Herodem adduxerunt. Herodes
autem, cum esset curiosus & tu-
midus, ac multa de miraculis
Christi audivisset, ex multo eum
tempore videre desiderabat; sed
nullum potuit à Christo habere
responsum. Quando enim non
nili vano & curioso animo mira-
culum aliquod videre cupiebat,
planè indignus erat vel verbum
vel signum aliquod ab æterna
consequi Veritate. Hic jam ite-
rum fallaces & impii Iudæi more
canum horridos edidère latratus,
Christum accusando, ac falsos
proferendo testes, quò incompo-
sito multoque clamore Herodem
ad Christum iudicandum con-
demnandumque excitarent. Et
inter hæc omnia agnus mansue-
tissimus humiliter tacuit, patient-
ter expectans acerbum calicem
ipsi à Patre præparatum. Videns
itaque Herodes, eum neque signū
aliquod neque responsum edere,
turbatus sprexit illum, & irrisit
cum omni exercitu suo, à quibus
Dominus Iesus contumelias &
probra multa perpeffus est.

3.
Elusa est
à Christo
curiositas
Herodæ.

Iudæorū
clamo-
res, Chri-
sti silen-
tium.

Iridetur
Dominus
ab impijs
Herodæ.

Luc. 23.

Attendamus hic ineffabilem
Christi humilitatem & patientiã,
ut cruces & contumelias alias ex
aliis sustinuerit. Nimirum in lo-
cis omnibus, & ab hominibus
universis persecutiones, contem-
ptum & injuriam patitur. Nemo
est qui eum relever, qui aliquid
in eum conferat beneficii, qui

4.
Contu-
melia u-
biq; illa-
ta Chri-
sto, sola-
tum nul-
libi.

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA
120.
Ezal. 21.

compatiatur afflicto, qui vel consolatorium loquatur verbum. Omnes videntes eum, spreverunt eum. Juvenes & senes, pusilli & magni, servi ac domini, omnes in eum insurrexere, omnes unanimiter suam in eum virulentiam, malitiam & falsitatem evomuerunt. Cuncti avidè sitiebant illius mortem, illius innoxium ardebant sanguinem fundere. Neque enim absq; dolore & nausea eum videre poterant. Sic plane Christus Dominus factus est opprobrium sæculi, & abjectio plebis. Herodes namque non solum cum indignatione eum à se repulit, & contumeliis affecit, sed etiam veste alba ceu fatuum induit, quò hoc ipso cunctos simul homines provocaret ad illudendum Christo. Atque hac tanta cum ignominia & confusione ad Pilatum eum remisit.

Induitur
veste al-
ba tam-
quam fa-
tuum.

Hic quisque apud se ruminet, quàm miseranda hæc processio Christi fuerit, quando eum ita ab Herode turpiter illusum & despectum vilissimi servi illi velut fatuum irriferunt, & ingenti cum contemptione abjecerunt, aliis pugnibus & aliis pedibus eum contudentibus; quibusdam veste trahentibus, nonnullis maledicta & probra à tergo illius evomentibus, præter alia innumera convicia, iniurias & scommata, quibus in eum ferebantur impuri, quorum in sacris litteris non sit expressa mentio, nec certa habentur testimonia.

Sed quia filii erant diaboli, omnem Christo malitiam irrogaverunt, quam suggerente Patre suo concipere poterant. O! quanta erat hæc missio atque remissio ignominia, virum tam honoratae vitæ vinctum per plateas publicas quasi furem & latronem deduci? quod fieri solet iis, quorum tam enormia sunt facinora, ut vix digna illis possint excogitari supplicia.

Adverte ergo, ô anima mea, acerbo cum dolore Iesum sponsum tuum, cæli gaudium, Patris sapientiam, Regem gloriæ tam turpiter confusum & contemptum, ut jam non sit homo, sed abjectus terræ vermiculus: utque non solum tamquam sceleratus & reus morti adjudicetur, sed etiam instar deliri in veste stulti irrideatur ab omnibus. O! quis tam ferreo sit pectore, ut ista eum non emolliant? Cujus non deficiat, præ ingenti admiratione, intellectus, ubi profundissimam & abyssalem hanc Dei & Domini nostri humilitatem atq; abjectionem contemplatur? En Dominus dominorum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, ut fatuus deridetur. Erubescite peccatores tumidi & superbi, coram Deo & omnibus Sanctis ejus foetentes, qui toti in hoc incumbitis, ut saccum vestrum stercorem & nidum vermium, nempe corpus vestrum, rebus pretiosis exornetis, quando Dominus majestatis, vestri causa,

alba

6.
Deu. vii.
vra est fa-
mul, &
hinc ve-
ru, qui
hac ind-
gna pain-
tura.

Inde pro-
fundis
congeni-
see, &
humilia-
re.
Colof.
Citra mi-
nium et-
natum
corpore

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EK-
PLICA-
TIO.

alba ac contemptibili veste velut
stolidus despectus est.

CAPUT IX.

*Iesus ab Herode remissus ad Pila-
tum nudatur, & flagellis crude-
lissimè laceratur.*

1. Iudæi furore, non iure contra Christum a-
gunt; Pilatus eum conatur dimittere, sed Iudæi
Barabbam praeferentes, Christum ad crucem de-
poscunt.

2. Traditur ergo Christus tortoribus flagellan-
diu. Admirabilis hęc patientia Domini condem-
nat irrefrenatam crudelitatem nostram.

3. Christus ab impijs satellitibus nudatur, co-
lumnæ alligatur, flagellu caditur: in totum cor-
pus ipsius faciunt tortores.

4. Quam horrendus fuerit hic cruciatus, quan-
to amore nostri à Christo toleratus! Numerantur
vulnera flagellationu.

5. Excitatio ad compassionem.

6. Ad laudandum & amandum, ipsi nos con-
formandum.

7. Imago mostissima Christi flagellu dilacera-
ti, amanti anima objecta.

1.
Furor &
rabies Iu-
deorum
contra
Dominu.

HINC jam crudelissimi Judæi
Christum ad Pilatum redu-
xerunt, denuoq̄ue suas in eum
acculationes acerrimè intende-
runt, quò mortem illi adferrent:
rursuq̄ue horrendis clamoribus
Pilatum obruere moliebantur,
quandoquidem nullam ratione,
æquitatem, vel causam adversus
Dominum proferre poterant. Ita-
que vociferando veritatem op-
pressere, rationem obnubilârunt,
iustitiæ obscuritatem attulere.

Luc. 23.
Mat. 27.
Pilatus
conatur
innocen-
tem di-
mittere.

Ceterum Pilatus, cum adverteret
solâ invidiâ Judæos adduci, ut
Iesum neci dare appeterent, &
Herodem similiter nullam in eo
mortis causam invenisse; nihil
intentatum reliquit quo Domi-
num liberaret. Et quia ratione

Judæi placari non poterant, scilicet
scitatus est ex eis, si eum, pro con-
cesso ipsis privilegio, ad Pascha-
lis solemnitatis honorem, dimit-
ti vellent. Sed omnium una voce
exortus clamor est, Barabbam se-
velle. O ingens cæcitas, & insa-
tiabilis ferocitas Judæorum! Ô
infelix permutatio! lupum præ-
agno elegerunt; scelestum & odi-
bilem nebulonem, præ justo &
innocente homine; impium de-
nique & latronem, præ viræ au-
ctore. Quæsitivus deinde Pilatus,
quid de Jesu faceret. Et illi fremitu
horrissono clamabant: *Crucifige,
crucifige eum. Pilatus respon-
dit: Regem vestrum crucifigam? Quid
enim mali fecit? Nullam causam
invento in eo.* Verum, quò ar-
dens furia vestra, & livor viru-
lentus temperetur, & sitis cruen-
ta non nihil restinguatur, etiam
sine causa, contra mentem meam
tamen, eum castigabo, corripi-
amq̄ue: ut vel sic compuncti, im-
meritam & innocentem illius
mortem appetere desinatis. Tunc
itaque Pilatus Christum suis tra-
dit ministris & tortoribus, ut eum
flagellarent.

Iudæi
malunt
Barab-
bam, quã
Christum
sibi libe-
rum do-
nari.

Iesum
postulans
ad Cru-
cem.
Luc. 23.
Ioan. 19

Veni nunc, ô anima mea, ge-
mebundo corde, & vide uti spon-
sus tuus Iesus, cæli gloria, immi-
tissimis traditur manibus vilium
servulorum, quò sævam in eo ex-
pleant malitiam suam. Vide ut
sanguinariis illis facultas detur
& potestas, purissimum, nobilissi-
mum, floridum & virgineum
corpus illud discerpenti, regium-
que

2.
Flagel-
landus
Dominus
tortori-
bus datus
à Pilato.